

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



# Primus liber de celo et mundo Folio i.

Incipit textus primi libri de celo et mundo.

**D**e natura scientia fere pluri-  
ma videtur circa corpora et mag-  
nitudines. et horum quatuor passio-  
nes et motus. adhuc autem cir-  
ca principia quatuor talis sub-  
stantiel sunt. Natura enim instantium hec quatuor sunt  
corpora et magnitudines. Hec autem habent corpus et  
magnitudinem. Hec autem principia habentium sunt.

## Circa initium pri-

mi libri de celo et mundo. Queritur primo. utrum scia  
naturalis prestat circa corpora et magnitudines. Arguit  
primo quod non. quia mathematica prestat circa corpora et magni-  
tudines. et scia naturalis non prestat circa corpora et magni-  
tudines. tenet prima. quia diuersae scie diuersa considerant.  
Secundo sic. multa cadunt sub consideratione scie naturalis. quod  
non sunt corpora et magnitudines sicut sunt anima et materia. pri-  
ma motores orbium infinitum vacuum et similia. et scia naturalis  
non est circa corpora et magnitudines. In oppositum est  
philosophus in primo huius libri de celo et mundo dicens. de natura  
scie fere plima videtur circa corpora et magnitudines et horum  
existens passiones et motus. Pro responsione.

**Primo** Sciendum. quod tunc cognoscere arbitra-  
mur unum quodcumque. cum casus eius cognoscimus.  
et prima principia usque ad elem-  
ta. Unum sequitur quod in scientiis est processus ordinatus. Unum  
quod processus scientie est operatio rationis cuius est ordinare. Ideo in  
omni opere rationis est ordo secundum quem procedit a priori ad posterius. et  
happet in ratione practica et specularia. Unum in considera-  
tione rationis practice est quadruplex ordo. Primum est apprehen-  
sionis sicut artifex primo apprehendit formam domus absolute  
deum applicat eam ad materiam. Secundus ordo est intentio-  
nis sicut artifex totam domum perfecte intendit ratione cuius facit  
quatuor operatur circa pres domus. Tercius est ordo operis sicut  
artifex prius colligit lapides et ligna antequam ex ipsis construat.  
Quartus est ordo sustentationis ut artifex prius facit funda-  
mentum ut reliqua pres domus sustentent. Et istis ordinibus  
ratio practice respondet quadruplex ordo in ratione speculatiua.  
Primum est quod procedit a magis compositum ad minus compositum quod respondet  
ordini apprehensiois. Nam videtur sequi ut forma absoluta et ab-  
stracta. particulare pro ut forma in materia. Secundus ordo est  
quod totum prius cadit sub consideratione rationis quam sue pres. loquendo  
de partibus materialibus siue de partibus indiuidui. Et iste  
ordo correspondet ordini intentionis. Tercius est quod procedit a  
simplicioribus ad opposita. et iste ordo correspondet ordini com-  
positiois. Quartus est quod ratio prius considerat principales pres  
sicut corpus vel epar in animali quod partes minus principales. Et  
iste ordo correspondet ordini sustentationis.

**Secundo** Sciendum. quod in processu naturalis  
scie iste quadruplex ordo reperitur. Nam  
primo determinat composita sicut in libris  
philosophorum ubi determinant de ente mobili in compositum. et in aliis  
libris applicant illa composita ad subiecta propria illorum morum.  
Et quod subiectum motus est magnitudo vel corpus. quod nihil  
mouetur nisi corpus. quatuor ideo illa composita applicat ad corpora  
et magnitudines. et tunc in corporibus necesse reperitur alij tres

ordines. Primum est quod totum uniuersum primo cadat sub con-  
sideratione quam sue pres. Secundus est secundum quem inter corpora. sim-  
plicia prius considerantur quam opposita. Tercius pro secundum quem inter  
corpora simplicia principalius corpus quod est corpus celeste prius  
cadit sub consideratione. Et iste triplex ordo in hoc libro  
de celo et mundo reperitur. Nam prius in eo agit de toto uniuerso  
et de partibus siue de partibus eorum. et de partibus uniuersi et  
hoc in primo libro. Sed tractando de partibus uniuersi que sunt  
corpora simpliciora agit de ipsis sub simpliciori ratione quam in  
aliis libris. Nam hic considerantur in quantum sunt mobilia ad vbi  
et motus ad vbi est simplicissimus. ut dicitur. viii. philosophorum.  
Determinando ergo de corporibus simplicibus prius agit de puncto  
partiori corpore. scilicet celo ratione cuius. Aristo. in principio huius libri  
ubi ponit diuisiones corporum ad que applicant omnia tradita  
in compositum in libro philosophorum. Et istis omnibus partibus ordo huius libri  
ubi ad librum philosophorum. et ad sequentes libros. Partes ergo  
de librorum principalium huius libri. In primo enim agit de toto  
uniuerso et de partibus ad ipsum. In secundo de perfectissima  
eius parte. scilicet de toto corpore celesti de motu et de partibus eius.  
In tercio pro de gravibus et leuibus secundum opinionem antiquo-  
rum. In quarto de eisdem secundum veritatem.

**Tercio** Sciendum. quod iste liber vocatur de celo  
et mundo. quod huiusmodi agit de corporibus  
simplicibus que sibi in uniuerso determi-  
nant certum situm. et per hoc constituit uniuersum corpus.

**Cōclusio** Scia naturalis prestat circa cor-  
pora et magnitudines et horum pas-  
siones et motus. pro quod scia natura-  
lis considerat res naturales. et scia naturalis considerat cor-  
pora et magnitudines. et ea que sibi pertinent. Quatuor ad secundum.

**Primo** Dubitatur. quod sit subiectum attributi  
onem huius libri. Ad huiusmodi. Alex-  
ander quod totum uniuersum est huiusmodi  
quod in hoc libro tradunt multa toti uniuerso pertinentia.  
Alii dicunt quod corpus celeste quod est principale omnium corporum  
uniuersi sit huiusmodi subiectum. Et quod de aliis corporibus in hoc libro  
solum agit ex parte in quantum pertinent a celo et recipiunt  
influentiam eius. vel per accens per quanto faciunt ad eum cogni-  
tionem. Aliter dicitur simpliciter quod corpus simplex secundum compositum  
eius rationem et intentionem corporis simplicis sit huiusmodi subiectum.  
Sed his opinionibus relicta respondet cum Alberto. quod subiectum  
huiusmodi libri est corpus mobile ad vbi in quantum huiusmodi. et licet  
elementa sint generabilia et corruptibilia. hoc tamen non habet  
in quantum mobilia sunt ad vbi. quod motus localis est entis  
perfecti. et nihil variat de substantialibus rebus. sed solum transmu-  
tat mobile de loco ad locum. ideo corpus mobile cum tali mo-  
tu in uniuersali consideratione est uniuersum potentie et uniuersum scie et  
uniuersum diffinitiois. non logice tamen sed philosophice seu naturalis et  
analogice. ideo non est hic intendendum quod talis diffinitio  
detur ab una forma substantiali. nec accidentali in existē-  
te omnibus mobilibus ad vbi. Et isto pro quod in isto libro non  
agit de corporibus mixtis. Res est. quod non habet motum localem nisi  
si per naturam elementum predominantem in ipsis. Secundo pro quod  
in hoc libro agit de elementis in quantum sunt grauius et leuius et  
habet principium motus localis et non in quantum sunt calida et frigida.

**Secundo** Dubitatur. quod sit huiusmodi et sicca.  
quod dicitur in textu fere cum dicitur. de natu-  
ra autem scie fere plurima et circa  
corpora et magnitudines. et circa horum principia motus et pas-  
siones. Respondetur quod ea est. quod natura instantium quatuor sunt cor-  
pora et magnitudines sicut animata. corpus enim animatum est  
magis id quod est secundum animam quam id quod est secundum corpus. ideo dicitur  
magis huiusmodi corpus et magnitudinem quam dicitur corpus. Alia pro

